Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



94

instruebat. quid eos aliud docere posset. nisi ut ex quo salutem consulere uellent
inbecillitates equo animo tollerarent. Omnis namq; improbitas ex inbecillitate
animi uenit. qua nichil innocentius est. eo qui in iniuriam profectus est. Multa autem alia
maxillam prebere nouerunt. diligere uero illum a quo feriuntur ignorant. At
uero ipse dis qui utiq; precepta quę docuit primus impleuit. peccatum se in maxilla
ministro sacerdotis non probuit alteram. sed insup dixit. Si male locutus sum testi
monium phibeę de malo. si autem bene quid me cedis. Non tamen ido paratus corde
non fuit. non solum alteram maxillam cedi psaluator omnium. sed etiam toto corpore eruci
figi. Et abeo qui aufert tibi uestimentum etiam tunicam noli prohibere. Qd de uesti
mento et tunica dictum est. non meis solis. sed in omnib' faciendum est. que aliquo
ture temporaliter mala esse dicimus. Si enim de necessarius hoc impatum est. quanto ma
gis supflua contemnere conuenit. Omni autem petenti te tribue. Omni petenti
inquit non omnia. ut id des qd dare honeste et iniuste potes. Quid si enim pe
cuniam petat qua innocentem conetur opprimere. quid si postremo stuprum petat.
sed ne multa psequar que sunt innumerabilia. id profecto dandum est qd nec tibi
nec alteri nocetur quam fieri aut credi ab homine potest. Ceterum uiste ne gaueris
qd petit indicanda est iustitia ne eum manet dimittas. Ita omni petenti te tribues.
quam uis non semp id qd petit tribuas et aliquando metius aliquid tribues cum peten
tem iusta correueris. Et qui aufert quę tua sunt ne repetas. De ueste domum
fundo. iumento. et generaliter omni pecunia dixit. utrum autem et de seruis acci
piendi sit magna questio est. Non enim xpianum oportet sic possidere seruum
quo modo equum aut argentum. quam fieri possit ut maiore pecio ualeat equus quam
seruus et multo magis aliquid aurum ut argentum. Sed ille seruus si rectius et ho
nestius et ad dm colendum adcomodatius abste dno educat aut regitur quam a illo
potest qui eum cupit auferre. nescio utrum quisquam dicere audeat ut uestimentum eum
debere contempni. Hominem namq; homo tanquam se ipsum diligere debet. cui abom
nium dno eum ut inimicos diligat imptat. Et pro ut uultis ut faciant uobis homi
nes. et uos facite illis similiter. Quia caritas patiens est. benigna est. non tantum iniu
rias inimici fortissime suffert. sed amici quoq; gram benignissime puenit. Nam re
damare amantem cunctos natura docuit. Non amantem uero beneficius ad amorem
cogere xpi solum doctrina perfectos instituit. qui cum nos poteris pro ut nobis fieri
uelimus alius facere uiderit. cunde mox sensum latius adstruendo firmauit
dicens. Et si diligitis eos qui uos diligunt. que uob est gratia. Nam et peccatores dili
gentes se diligunt et ceteri. Si etiam peccatores publicani ethnici ergo dilectores
suos natura duce norunt esse beneficii. quantum uos inquib' ut gradus pro
fectionis eorum ita cura sit necesse est uiuitis uberior. Maiori sinu dilectio
nis amplecti debetis etiam inimicos. Unde quesitum dignum uidetur. quomodo
cum dis eos qui diligentes se solum diligunt bene facientibus sibi benefacitis